

HEINRICVS LEO MEGKELBURGENSIS DVX.



Heinricus ille Heinrici Hierosolymitani ex Anastasia uxore filius fuit. Itaque à parentibus omnis generis virtutibus educatus est. Erat autem insignianimi & corporis fortitudine præditus, ita ut parentes eius in dñe commoti magnam sibi de eo spem pollicerentur. Is itaque patri mortuo in ducatu Megalopolensi successit, atque Marchionis Brandenburgensis filiam uxorem duxit. ex eius dote dominium Stargardie adeptus est. Cum autem Albertus Austriæ dux atque Adolphus Holsatiæ comes eum bello persequerentur, eos prelio commisso fortiter superauit, atque in Bohemiā usque fugauit. Accidit autem ei in eius milites ea pugna premeretur, atque fugam capescerent, ut ipse solus ferre suo in loco Leonis instar persisteret, atque magnā circa se stragem æderent, unde etiam postea Leo cognominatus est. Id cum eius copiae uiderent, pudore affecti, ad prælium reuersi sunt, atque insignem de hoste uictoriam impetrarunt.